



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Martyres qui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

VORVM, Qui uictimas cadunt seipfos per pœ-
nitentiam mortificantes: unde Ecclesiasticus, ca.
35. Salutare sacrificium est attendere mandatis,
et discedere, ab iniquitate.

Martyres recentiores in ec-
clesia, Qui.

O insensati tardiusculi Galatæ, quis uos fas-
cinauit? Quis illam inobedientiam uo-
bis incussit? Date Episcopos Hussitæ: ad-
ducite capulares senes prædecessores catholicos:
ubi mitrati Episcopi uestri: ubi sunt qui laue-
runt, cum Lino, Cleto, Clementi, Alexandro, Si-
xto, Calisto, Urbano, Fabiano, Cornelio, Sixto
2. Pontific. Roma. et cum quibus pari successu
fortiter pugnarunt, Laurentius, Cyprianus,
Carthagineñ. Episcopus, Ignatius Antiochenus
Episcopus, (qui ad bestias damnatus, uide so-
phronium, et lachrymas excutiet historia) Po-
lycarpus (Iohannis Zebedæi discipulus, Smyr-
neorum Episcopus, Dionysius Alexandrinus;
Athanasius, Cyrillus, Chrysostomus, &c. San-
ctissimis pontificibus, &c. Qui, inquam, laue-
runt stolas suas cum illis in sanguine agni?
Quales fuerint authores, à quibus, hoc nouum
dogma

Laurētius
Sixti PP.
Archidia-
conus an.
353.
S. Ignatius
anno do-
mini 101.
S. Cypria-
nus an. do.
254. aliij
260.

dogma edoculistis, & quod nuper orbi inuexi-
 stis nobis ostendite? Certè nullum potestis, molles
 ciniflones, nisi fortè unum & alterum uoti
 transgressorem, addo leues etiam & indura-
 tos pneumatomachos. Sed nos, nos inquam,
 facile, etiam deploratissimis illis temporibus,
 martyres seu testes ueritatis infinitos (summa
 enim gloria pro Christo ignominiam pati: &
 ueritas omnium rerum fortissima est) maximè
 Anglicanos uere Angelos dabimus. THO-
 MAM scilicet MORVM Cancellarium re-
 gni & regij scrinij magistrum, anno Christi
 1535. sexto nonas Iulij, Helic secutus exem-
 plum, qui cum Sidoniorum conspiceret impie-
 tatem quotidie inualescentem, in montis Oreb
 speluncam secessit. Eodem modo noster Mo-
 rus spretis omnibus, urbanos fugiens tumultus,
 magistratuum ambitionem, &c. in melioris uitae
 amorem exarsit. Addo IOHANNE M PHI-
 SCHERV M Roffensem Episcopum, qui
 passus est anno Christi 1535. decimoquinto Ca-
 lendas Iulij, de quo scriptura. Zelatus est pro
 Deo suo, & expiauit scelus filiorum Iesrabel,
 &c. Item D. Reginaldum, (anno uirginei partus
 1535. die 15. Aprilis passus) & strenuos athle-
 tas Christi 18. Carthusianos, & plures alios

Vide Ge-
or. Lil.

Christiane modestiae columnas, scilicet Redin-
gium Glacofniensis canobij abbatem Clocestrē-
sem, Elizabetham Barthoniā. Item: Andreā Me-
tonensium Episcopum, cuius mitratum caput lu-
nigeri Barbari Alfurcanistae propter fidem anno
1500. Detruncarunt. Adhuc Hydruntinum Epi-
scopum loci dignitate & aetate uenerabilem, quē
etiam exquisitis supplicijs miserē excarnificauit
atrox & cruentus Barbarus, anno 1480. &c.
Qui omnes, ut innumeros transcam, pro eō
quod schismati adherere, & ab unitate S. Ro.
Eccle. segregare semetipsos nolebant, crudeli-
ter martyrizati sunt, (de diuersis tormentorum
generibus loquitur Eusebius Emisse: De Epipha.
homil. 4. dicens. Hic uerberibus dilaniatur,
hic candenti craticula sacrificij more torrea-
tur, hic abscisso capite eterno capiti iungitur:

Vide quot
certami-
na, & una
coronae
Amb. off.
lib. ca. 36.

Hic defecta lingua inuiolabilem fidem melius
loquitur & Christum dominum in silentio or-
ris clamore uulneris confitetur, &c.) Et in
ipso mundi iam senescentis occasu, quo omnia
uitia stant in praecipiti: adeo, ut nequeant
uel ulterius progredi, uel altius conscende-
re, ad immortalitatis lauream & desidera-
tam patriam (hodiepori & martyres, po-
stremò Omologetae) euocati & profecti sunt: e-
ser-

*seruitute in libertatem: de erumnis ad felicitatē
 de caligine in lucem: de periculis in tutum: de
 morte ad uitam: de morbis ad immortalitatem:
 de tot malis ad summum bonum: de caducis ad
 æterna: de terrenis ad cælestia: deniq; ab homi-
 num colluue ad angelorum contubernium sunt
 traducti. Hac autem lege nascimur omnes ut om-
 nibus fortunæ casibus subiaceamus. Neq; enim
 magni artificij est tranquillo mari, uentisq; fe-
 rentibus, rectum tenere cursum, sed egregium
 nauclerum tempestas arguit aduersa. Non po-
 test quis præmium accipere, nisi legitime cer-
 tauerit, nec est gloriosa uictoria. inquit Ambro. 2. Tim. 2.
 offi. lib. 1. cap. 15. nisi ubi fuerint gloriosa certa-
 mina: tentatio domini probatio est, tentatio de-
 monis uel carnis deiectio. Masculam autem illam Euche.
 atq; inuictam uirtutem non natura, sed gratia quæst.
 dat: ubi enim minus succurrit natura, ibi mira-
 bilius operatur gratia, &c. Hi sunt quos habu-
 istis, ô hagiocroni & christicydæ crudeles, in de-
 risum, & in similitudinem improprij: uos in sen-
 sati uitam illorum æstimabatis insaniam, & fi-
 nem illorum sine honore. Ecce quomodo com-
 putati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors
 illorum est: Hi uero errore deposito in Christo
 baptizati sunt, effecti ciues sanctorum, domesti-
 ci dei,*

G s ci dei,

ei dei, coheredes Christi: comparticipes promissio-
nis in Christo, membra Christi, templum do-
mini, perfecti abrenunciatores mundi: in quibus
mundicia cordis, decor uirtutum plurimum emi-
cuit. Qui succrescentes hereses, uerbi dei sar-
culo fortiter suis scriptis radicitus stirpitusq;
euulserunt, et quasi Marpesia cautes maris exa-
gitantibus fluctibus in obstinato ceptoq; propo-
sito, inalterabiles & inexorabiles steterunt: Exul-
tabunt igitur in gloria uidebunt deum, & gau-
debunt, letabuntur, & delectabuntur, & fru-
entur gloria, & in felicitate iocundabuntur eter-
na. Nihil eis deerit, nihil oberit, omne desi-
derium eorum Christus presens implebit. Non se-
nescent, non tabescent non putrescent amplius.
Non erit concupiscentia in membris, non ultra
ulla exurget rebellio carnis, sed totus hominis
status pudicus & pacificus, sana ex integro na-
tura, sine omni macula & ruga deinceps perma-
nebit. Sicut enim abundant afflictiones, ita per
Christum abundat consolatio, &c. Legimus pro
Roma Curtium: pro Thebis Meneotheum: pro
Athenis Codrum: & alios multos nobilium ur-
bium municipes, summo felicitatis loco duxisse,
pro patria mortem oppetere. Tragœdi subinde
crepāt uerba Iphigeniæ Agamemnonis filiæ hæc

ω π α =

Ὁ πατήρ παρεῖμι σοὶ τὸ θυμὸν δὲ τὸ σῶμα τῆς
 ἐμῆς ὑπὲρ πατρῶς, καὶ τῆς ἀπάσης ἑλλά- Pulchrum
 δὲ γαίας ὑπερῴσαι δίδωμε ἑκδῶα, Hoc pro patria
 est, pater praesto sum, corpus meum libenter im-
 pendam in sacrificium pro patria & pro omni-
 bus graiugenis. Et alio in loco Homerus. εἰς δὲ
 νόσ ἀγίς ὁ αμῶν δὲ πᾶτρης, id est, unum
 augurium optimum pugnare pro patria. Non er-
 go moritur quisquis pro patria mortem oppet-
 tit, ut palma contra impositū onus, ita masculus
 animus, contra fortunæ difficultatē debet erigi,
 ultroq; insurgere. Virtus duris laboribus pasci-
 tur nō frangitur: uiri nihil habet, qui glorioso la- Gelli. lib.
 bori ullā uoluptatem anteponit, &c. Si glorio- 3. cap. 6.
 sum nunc pro patria mortem oppetere, longe
 iustius certē homini Christiano pro regno dei, et
 pro patria caelesti se uoluntarium sacrificiū of-
 ferre? Cyprianus 2. martyria celebrat, in haec
 uerba. Non enim semper scuiunt Neronēs, Do- 2. Marty-
 mitiani, Decij, ac Maximi: nunquam tamen ces- genera.
 sat diabolus exercere Christi militiā, professos.
 Sufficit ergo esse confessorē, si deus nō uocauerit
 ad martyrium uterq; Christi est Apostolus, tam
 ille, Petrus, cui dicitur, sequere: quā ille, Io-
 hannes, cui dicitur, Si eū uolo manere, Ioan. 21.
 Nec hoc reticendū: Martyrū aliquos testificari
 de Chris-

**Triplex
martyriū.**

de Christo, ipso facto, at nō uolūtate, sic innocētes bimuli Mat. 2. Quidā uerò uolūtate et opere lumbos precingentes ad mortem properant, tales extitere & Apostoli, & Apostolici in hodiernum usq; diem, Matth. 5. Reliqui uoluntate patiuntur at non re & opere, neq; enim sentiunt martyriū, sic Iohannes Euangelista, confesores, &c. Summa: propter puerū I H E S V M mactantur pueri: propter uirum, uiri: propter innocētem innocentes, &c. uerū ad institutum: Quapropter quicunq; ab huius ecclesie obedientia abducere tentauerit, sit nobis anathema. Neq; horreamus cum cæco illuminato, Ioan. 9. Exterminari ē Synagoga Baalitarum, milles moriendum potius quā ut manus polluamus cum impijs: Sanctus Hermegildus, quem etiā sacri canones celebrant, maluit à patre occidi quā Arrianorum, forma noua sacrificantium, sacris interesse. Et certum est pios in Ecclesia nunquam improborum caruisse morsibus, semper, inquam, redundarunt labores atq; ærumnae capitis in membra, iuxta illud, Eccles. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis: semper obsequium amicos, ueritas (summa sapientia) odium peperit: Exemplum est Iesaias, qui lignea ferra dissectus, &c.

Amici

Amicitia huius mundi, est inimicitia dei: Amara est ueritas, inquit D. Hiero. aduersus Iouinia: lib. 2. Et qui eam prædicant, replentur amaritudine: unde Beda. Sicut aurum in fornace (1. Pet. 1.) clausum ignibus examinatur, prolatum uerò foras, cuius sit fulgoris apparebit, ita fidelium constantia inter infidelium pressuras contemptibilis uidetur ac stulta, sed ubi tempus retributionis finito certamine tribulationum affuerit. tunc quantæ fuerit gloriæ, quantum flammis passionum profecerit eorum uirtus, ostenditur. Beda ibidem, &c. Euidens igitur testimonium archihomicidam, quem graeci antikimenon uocant, 2. Thess. 2. &c. Illic regnare, ubi Christiana pietas inuertitur, & iusti & innocentes uiri partim crudeliter & publice: partim flagranti odio necantur, & contra pessimi quique pneumatici nasutuli in honore & precio habentur. Sic Dauidi non erat locus in regno Saulis, in quo tamen Doeg primus post regem, admodum sublimis, emicuit. Sic propheta & sacrifices Babilim apud Achab regem obseruati, qui de mensa Iezabelis cibum acceperunt, latitante interim propheta in montium cauernis. 3. re. 18. Hinc Hebraeorum illa pontificum nefaria insectatio, Christi regis acta & uitam infamantium, nihil aliud

Hoc est,
eum qui
se alijs opo-
ponit.

1. Reg. 15.

Regnum
behemoth
in terris
ubi.

Hierosoly
ma inter-
fectrix pro-
phetarū.

aliud fuit quam inuidia, quæ cecos & præcia-
pites egit, ut quem uenerari debuerunt, crucis
affixerint, & Barrabbam latronem libertati
restituerint, nec impune autem uindicata est ea
iniuria non solum patriæ excidio, tantaq; homi-
num iactura, quantam nulla unquam uidit ætas
unum in locum & gentē coaceruatam, sed per-
petuò etiam posteritatis supplicio: Cuius memi-
nit Cyrillus in Genes. lib. 2. occiderunt, inquit,
omnium dominum, atq; præ nimia sceleritate
ausi sunt dicere sanguis eius super nos, &c. At
sanguis Abelis contra duntaxat homicidam sus-
um redundauit, Christi uerò sanguis præcio-
sissimus, Iudæorum immanitatem ingratitude-
nemq; arguit, mundum tamen peccato rede-
mit, cuius gratia effusus est, hæc ille, Sic Ana-
tipas Iohannem persecutus, Math. 14. Mar.
6. Luc. 9. 13. Sic Agrippa Iacobum occidit
& Petrum inclusit, Actor. 12. Stephanus lapia-
dibus obrutus, Actor. 7. Quibus Paulum affe-
cerint malis, uide Actor, 16. 2. Corinth. 11. &c.
De Apostolorum maxime Petri & Pauli mar-
tyrio: uide Euseb. libro 3. De demonstra, Euan-
gelica. Tertullian: in Apologetico, cap. 21.
Chrysostomum super Timothe. 2. capite 2.
& cap. 4. Augustin. super Psalmo: 65.

140, &c. Sic nulla uirtus potuit euitare dentes
 liuoris: tentat autem deus, inquit Augustin.
 Ser. 72. de tempo. ut doceat, diabolus tentat
 ut decipiat, &c. Olim laudabilis antiquitas
 suos Dauidas, Solomones, Ezechias, Iosias: Phinees:
 Zacharias: Iesos & Onias: Augustinos:
 Ambrosios: Gregorios: Hieronymos: Chryso-
 stomos, &c. Breuiter, suos martyres, confes-
 sores: Virgines, &c. moderatis & condignis
 encomijs (charitas enim nunquam excidit) cele-
 brabat, Nunc Roboamos rudes, ophni et Phine-
 es delicatulos, molles pseudo angelicos, mundi
 calamitates, huiusmodi mancipia inquam illis
 (ô crudelitas crudelitatum) preponimus. Nouit
 quidam cosmeta in suis editis libris mangonia-
 zare (quos nec iudico, nec enim hereseos te-
 mere quenuquam insimulandum esse arbitror, nisi
 ab ecclesia prius declaratum & proscriptum.
 Nam deum offendit qui proximo maledicit.)
 Superstitionum colluuiem, Hopperum scilicet,
 Bratsfordum: Sanderum: Taillerum: Io. Rogerū
 dauidensem: Petrum Flistedium: Adolphum cla-
 rebachū Merindolanos: Valdenses: Spieram: Fa-
 rellū: Robertum Barnū, &c. Quos omnes (ma-
 nifestū est & in propatulo) luisse penas condigna-
 sas & eiurasse patriā iusto iudicio, & certis
 firmisq;

1. Reg. 23

Martyres
suspecti.

firmisq; legibus. At quid (ut hodierna exempla
proferam) omni momento, imò in omnibus locis
ferè, patiantur miseri Christicolæ. Roman. ec-
clesiæ obedientissimi pedissequi, Tam in utraq;
Sarmatia (Europæa & Asiatica) maxime uerò
Solimis à Mahometistis: Quàm hinc inde à Chri-
sticydis, hic omnino elinguis est, obmutescit. Nò
pudet hodie Angelicos, scilicet, è suggestiolis ue-
nifica lingua & uipereosibilu, contra Φιλα-
σελφίαν, cōscelerare, detrahere, proscindere
et tantumnò ad furcas condemnare miseros Pa-
pistas (sic enim probrose soliti sunt apellare ca-
tholicos) Quibus tamen nos pepercimus hu-
cusq; scriptis: Nūc enim sumus uiro dei, scilicet,
(titulus libri est, **Das Papstumb vom
Teufel gestift.**) Lutherò excucullato, qui
sic succum lolliginis effundit & eromit **Blat-
tenhengst; Papst Esel; Epicurische
Sew; Teufels Apostel** (utor enim pitu-
osi uerbis) **Spitzbüeben: Rasende; tolt-
le/rc.** Virū grauiissimū D. Ioannem Eccii, buc-
cinat doctorē Saw dei creaturæ et imagini de-
trahēs. Decreta S. Patrū predecessorū nostrorū,
sibi sunt drecketa, Christianissimū principē
Georgium ducem Saxonie Patruemelectoris
Friderici, Sathane Apostolum blasphemauit,
Anno

Anno 1526, Catholicos: Parricidas, caini proge- γωδὶ δει-
 niem & posteritatem blaterat. anno 1537. Lo- αυτοῦ.
 uanienses doctores, sanguinarios hereticos, ipse
 hereticus uerius, mendaciter ebuccinat, anno
 1545: Quo enim uita fuit longior, hoc magis ad-
 creuit scelerum cumulus: (Sic irrisus est Athe-
 nis Paulus, ab Epicureis & stoicis) Ecce Luthe-
 rius summus ille dissipator, dispensator inquam,
 et reformator, hæc prædicat, cum tamen scrip-
 tum sit 1. Corinth. 2. Nolite ante tempus iudi-
 care, & Exo. 20. Lo Thirtzah, hoc est, ne
 occidas. Nec osculum Iudæ respuit dominus: Ma-
 ledicenti benedictio respondeat, inquit Lactant.
 lib. 6. cap. 18. Nunquam ipse maledicat, nec
 malum procedat ex ore hominis qui colit uer-
 bum bonum. Quin etiam caueat diligenter ne-
 quando inimicum sua culpa faciat: hæc Lactant.
 Et Roman. 14. Tu quis es qui iudicas alienum
 seruum? domino suo stat aut cadit, &c. In quem
 tamen & ego uerius ebuccinare & pyrobolari-
 orum more fulminare possem, si non obstaret
 eharitas seu dilectio, his uerbis. Luth. pi-
 etatis oppugnator: Scælerati dogmatis assertor:
 fraudis minister: Nouæ impietatis author: an-
 tiquæ pietatis prædo: Libidinis præco: peccati
 maniceps: Incircuncisus Nabuzardan: Lerneum

H imo

4. Reg. ult. imò stygium mōstrum: Tenebricosus Oniropola
ΑΥΤΩΔΙΟΤΑΤΟΣ, & quid aliud, ut adagium
sonat, quàm nullus magnus malus piscis & multa
supprimo, quæ me Christiana charitas deprome
re non sinit: ad institutum. Etiam profundus ille
& trilinguis eruditionis phœnix D. GEOR-
GIUS VVICELIVS politropus, in quem tamē
mecenatem (cuius scripta quoties lego, toties
pectus illud sacrum ac cæleste mecum adoro, atque
exosculor) natura omnes vires suas contulit: à
Gutelio pātinomo nihil nō iniuriarū passus est,
Scripta clarissimi uiri illud clarè manifestant:
Simili modo Calvinus, (qui ob hæreseos crimen
proscriptus, exul et infamis patriæ suæ deser-
tor, quem etiā rex Galliarum Franciscus è finibus
suis eiecit, sic scribit Cochleus) Ambros. Cas-
tharinū uenerabile senem istū, & episcopū Mino-
ricensem, putridū cadauer et filicerniū, blasphemā
mat: cōtra Pauli Apostoli præceptū, 1. Tim. 5.
Idem calumniator propudiosissimis calūnijs, Tri-
dētinōs patres uocat idola oleata. Cathedra Pe-
tri, illis rabulis, sedile Baalitarum est. S. Roma-
nam Ecclesiam, (quam non cessant proscindere,
quantū in ipsis est) Diaboli ecclesiam, Satanae sy-
nogā, meretricē Babylonicā, &c. garriūt men-
daciter. Ius Pontificium, quasi Antichristi
comp

commentum, Vulcano dicauerunt. Pontificatum Romanum, robusti uenatoris Nimrodi potentiam ganniunt. Quid Papatus in uniuersum aliud est, blasphemat Bastian meier Zuinglicus buccinator, quam demoniarum superstitionum feda quaedam colluies? Idem meier, S. Liberium Romanum pontificem Arrianistam friuolè & mendaciter blaterat, &c. Pios etiam obediētes magistratus Augustanæ Confessionis, uocant nugiuenduli ironicôs, Interimistas, Adiazphoristas, &c. Quis unquàm gnato, aut colax seu gelasius, usq; adeò fuit impudens aut intantum esurijt, ut istiusmodi uerba matri suæ ausus sit in os dicere? Sed singula percurrere nimis longum arbitror. Hanc autem imaginem hodiernæ persecutionis prædixit Chrysof. ad Innocent. dicens: Ecclesiæ ad genua usq; humiliatæ, populi dispersi: clerus diuexatus, Episcopi exules: Constitutiones Patrum uiolatæ, Clerici fustibus casti, Diaconi plumbo elisi, &c. Christianos uariæ delationi & proditori esse obnoxios, habes Math. 10. Subsannandos fideles scriptura sacra indicat, 2. Para. 30. 36. Nehem. 4. Psalm. 34. Hierem. 20. Acto. 2. & 17. Infamie notas atq; stigmata Christianis inurenda, Christus ipse prædicit Ma. 5. &c.

Imago hodiernæ persecutionis.

Vide Bas. mag. epi. 70 ad episc. Italiæ ac Galliæ, &c.

02
Verberibus & flagris nos esse prosciendos,
Matth. 23. nobis prædicitur: Exempla extant
2. Cori. 11. Acto. 4. 22. 23. Math. 21. 23. &c.
Melius igitur est homini incidere in manus ho-
minum, quam impingere in legem dei, unde Eu-
seb. Emissæ. de Epiphani. Hom. 4. Quos per cru-
entissimum persecutorem humiliauerat diabolus
exaltauit deus: quos ille damnauit, iste glorifica-
uit: Ille opprobrijs adimpleuit, hic præmijs: Ille
affecit flammis, refrigerijs hic refecit: Ille indu-
xit in mortem, hic ad uitam de morte perduxit:
Ille interfecit gladijs, hic dignos fecit coronis,
&c. & Prudentius.

Carcer Christicolis gradus corona est.

Carcer prouehit ad superna cæli,

Carcer conciliat deum beatis.

Sed uideamus Angelicos illos martyres, scilicet,
cohortantur alios ad militiam sibijs suis cauēt ma-
gistelli profugi, In scolis & latibulis suis sum-
mos prothomijstas satanæ tradunt, uocant An-
tichristū Rom. pontificem. At egregij illi marty-
res, extra periculum feroces quemad. canes ign-
nauī, qui in domibus uel post sepes dominorum
allatrant pretereūtes, cur non Rhomam. Luteti-
am parisiſorum, Louaniū, &c. & ad alias acad-
demias

demias, ubi Antichristum esse blaterant, profici-
 eiscuntur, qui hæc non sapit certè τὸ φλότε-
 ς & τειρεσις: Antichristi. sunt docendi & ins-
 crepādi tēpestiue & intēpestiue, facultatē impe-
 diētes. Antichristi sunt, inquam, qui facultatē ad
 ministrādi remorātur. Qui sacerdotiū imperio
 subijciunt, Ex emporio & Lyceo aliqua dica-
 culorum, metropoles & dioceses facientes, Antichri-
 stus est, qui bonis operibus detrahitis, die qui
 Antichristi sunt sibi ueritatem omnem uendi-
 spirent.
 cantes, & inter sese discordantes, quippe
 quorum alius hic, alius illic, hoc est, alius
 in illa secta, alius apud aliam, ueritatem cer-
 tam esse contendunt, &c. In mundo iam est
 Antichristus, non corporaliter, sed propter
 eorum præsentiam, qui uiam illi præparant,
 Quid fiet in ipsius Antichristi seuitia, si ec-
 clesia ab illius prodromis tanta patitur? Sum-
 ma, Antichristus homo qui Sathanam circum-
 fert elato animo. Sed sinamus illos in suis sep-
 tis latrare, nobis erit ecclesia Vniuersalis ouile,
 ibi enim uidemus scaturire sanguinem uere
 Christianorum. Et ergo quando forte, ut sche-
 maticè loquar, percutiuntur, supplicium es-
 se memento, non martyrium, Quando enim
 suas ostentant cicatrices, sua facinora mani-
 festantur.

festantur, (de martyrio hereticorum uide Canones concilij Laodicen. can. 34.) scelerata qui patrarunt mala, decet pati inquit, Euripides. Phrygum filij, nisi plagis concisi, non emendantur, &c. Sic nec fortis Mutius Scauola, qui dexteram ad ignem torruit, quod non interemisset Porfenam, martyr dicendus est: imò uerius martyr dicenda Appolonia, quae corpus totum prunis obiecit. Sic nec martyr Sophronia dicenda, quae sibi manum intulit, Lucretiae animi robur emulata, &c. Quia nõ pro Christi nomine, sed partim ob meritum: partim erroribus inuoluti succubuerunt cum recentioribus illis martyribus pseudoangelicis. Exempli gratia: Anno domini 1550. Non. Decemb. Parysijs (distat Lutetia paristorum ab Argentorato miliar. 85. Et Compostella ad sanctum Iacobum miliar. 350. &c.) in Basilica diuæ uirginis sacra, in liturgijs uespertinis, cum pro more clerus in templo solemniter, ut in uigilia Conceptionis diuæ uirginis hymnum diuæ uirgini modularetur, Ioanes quidam, ab ipso pronai capite per mediũ utrinque adstantis chori, ense quo erat accinctus districto, quanto potuit impetu ad uirginis imaginem accurrens, ipsam cõcidere tentauit, &c. sed quinto post die execta prius lingua, uiuus pro eade

uirgia

uirginis exuritur, an propterea dicendus martyr: Sinamus itaq; delitiari Baalitarum, Pij malunt cum filijs Prophetarum & Heliseo in deserto conuiuere, quam in principū aulis: & cum Psal-
 mista dicere. Elegi abiectus esse in domo dii, quā Psal. 83.
 habitare in tabernaculis peccatorum: Pro pia enim ueritate mortem constanter perferre, non subterfugere, non dissimulare, institutū est quod Christus ē cælo ad nos detulit, &c Verūm ut soluamus lora tandem, hæc enim fusius prosequi, & infinitum et propemodum impossibile, quandoquidem & nos non commentarios seu hagiologium scribimus, sed locos aliquot indicamus, nam sunt Catholici qui hac de re & locupletius & eruditius pleraq; multa scriptitarunt.

TRES SPECIES IV

storum in Ecclesia.

Tres sunt iustorū species in ecclesia, accipiētes triplicē fructū à domino deo: uidelicet, 30. 60. et centesimū, Christo testāte, Mat. 23. Hinc NOAH rector arce, significat rectores seu primarios ecclesie mystas. DANIEL qui cōtinēs extitit et cælestibus uisionibus uacauit, significat cōtinētes et uirgines, qui uacāt contēplationi

H 4 6